



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto serapione martyre. Cap[itulum]. lix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

et sancta virgo a sancto repleta spiritu: sua illos facundia superasset. Porcius ad xpm conuersi sunt: et se katherine orationibus commedant. Quos martenti iratus fuisse in medio ciuitatis igne cremari. Quia autem illi iam ex his que virgo perorauerat: in fide xpi edocti essent: et baptisimum sollicito expeterent: admonuit illos virgo dñi nihil hesitare: cum in suo fozent sanguine baptizadi. Qui bñdictione sancte virginis accepta: signantes se signaculo scilicet crucis: et in eadem fidei constantia vnanimes perseuerantes: vni cesaris decretum in igne missi: ita dño aias reddiderunt: vt nec corpora illorum: nec capilli: nec vestimenta aliqua r̄ adusta fuissent. Quo miraculo plurimi paganorum conuersi sunt: et corpora martyrum rapientes in eadem ciuitate sepelierunt idibus nouemb.

De sanctis Archadio paschasio et socijs mar. Cap. lviij.



Archadius paschasius: probus et eurychianus apud asphricam passi

sunt sub gerserico rege arriano. Qui ex hispania oriundi apud eundem regem chari clericus habebantur. Et cum ex eius

sione arriane p̄fidei consentire nollet: p̄io quidem ab eo proscriptus: deinde in exilium actus: postmodum autem atrocissimis supplicijs cruciatus: nouissime diuersis modis interempti illustri martyrio occubuerunt. Cum his quoque erat puer paulinus nomine frater eurychiani et paschasij: qui cum similiter a professione catholice fidei perturbari non posset: diu fustibus cesus et ad infamam seruitutem dñatus: p̄ xpi nomine martyrio coronatus est. Quorum omnis passio recolitur idibus nouemb.

Decado i martylogio ex dictis hiero. sumptio. De sancto serapione martyre. Cap. lix.



Serapion martyr

apud alexandriam passus est sub decio cesare. Quos persecutores domi eius reprimere: crudelissimis affecerunt supplicijs. Ita vt ei omnes sancturas membris prius soluerent. Deinde ipsum de superioribus precipitauerunt. Sicque colliso capite et excusso cerebro xpi martyre efficitur. xvij. kalen. decembris.

De sancto venerando martyre. Cap. lx.



Venerandus mar

ty: apud trechasinam ciuitatem passus est sub aureliano imperatore. Qui cum esset filius fabiani nobilissimi eiusdem ciuitatis gentilis: ex curiositate psalterium

xpianorum legebat. Cum autem versum illum asperges me domine isopo et mundabor etc. nulla ratione intelligere posset: et ex hoc plurimum anxius esset: angelus domini eidem apparuit: et versum illum de baptismo xpianorum exposuit: ac in fide xpi iuuenem instruit. Sed cum exinde idola amplius adorare nollet: a patre non modicum obiurgabatur. Extens autem ciuitatem die quadam et veniens ad fluitum sequenam: eidem xps apparuit et perfecte credentem in fluuio baptizauit. Deditque illi baculum aridum mandans vt ipsum in terram figeret: et signum videret. Discedente vero dño venerandus baculum fissit: moxque flores et frondes produxit. Quorsum miraculo. cccccccc. homines pagani conuersi sunt. Audiens hec imperator aurelianus ad ipsam ciuitatem accessit: et venerandum teneri fecit: ac sacrificare nolente: iussit eum super scanum ferreum cathenis ligari: ignemque subterponi: oleumque desuper lactari. Et dum intactus ab exustione permansisset: fecit eum in carcere recludi: vbi xpo ei apparere consoletur. Hanc autem imperator eum ligatum ad scriptum sagittarum fecit: sed sagitte in aere pendentes: in nullo ipsum ledere poterant: vna vero ex sagittis conuersa retrosum imperatori vno oculo excecavit. Quia aurelianus die sequenti decollari mandauit: vterumque milites ad carcerem in quo detinebatur venissent: ruptis vinculis et apertis ostiis xpi martyre p̄ medios milites fugitebar. Illi vero martyre xpi vsque ad flumem sequanam insecuti sunt. Qui super aquam hinc pedibus ambulauit vsque ad locum: vbi eum xps baptizauit. Sicque flumem ex alta parte transiit. Milites vero transuadantes illum perire non audebant. At ille eos hortabatur: vt sibi iusta cõpenserent: mandans vt de sanguine suo imperator de ferrent: de quo excecatus oculum linteret: et sic lumen reciperet. Post hec autem sanctus martyre suum dño spiritus commendauit et p̄ se in quacunque necessitate inuocantibus exorauit. Factaque voce ad eum de celo: quod ipsum dñs exaudisset: decollatus est. Cuius corpus truncatum se leuauit: et caput tollens manibus per passus. xlix. portante: ibique cecidit: vbi et a xpianis sepulcrum est. xvij. kal. decembris. Imperator vero de eius sanguine oculum linterens lumen recuperauit.

De sancta veneranda virgine et martyre. Cap. lxi.



Veneranda vir

go apud galliam passus est sub asclepio p̄fide. Hec fuit filia agarthonis et polite eius uxoris xpianorum de partibus galliarum. Qui anno. annis in coniugio sine peccato manserunt. Oratione tandem ad deum fusa filiam obtinuerunt: quod patre venerandam vocauit: camque sacris litteris eruditam